UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Qunando fiscus vel priuatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

eſſe iuſ.fu.l.j.Sol. Ibi fallit.⁊ ratio ibi patet. ¶ Ultimo diſtingue,
quia aut ſeruus contrahit,vel quaſi. Primo caſu regula eſt,quod
non teneatur.vt l.j.ſ.eod. Fallit in caſibus,vt ibi. Aut delinquit,⁊
tunc aut in dominum, aut in extraneum, primo caſu non tenetur,
ſecundo ſic,vt l.licet ſ.eo.Fallit in d.l.ſi quis teſta.lib.⁊c.

Quando fiſcus vel priuatus. Rubr. XV.

LEX I.

1 ☞ Tutor debitor pupilli,ex mala adminiſtratione,quando poſ‑
ſit pro pupillo conueniri.

PRopter es alienum. Res tuto
ris nõ poteſt inquietari propter debitum pupilli,
hoc dicit.Quero quid ſi tutor tenet aliquid de bo
2 nis pupilli,dic vt in gloſ. ¶ † Quero, quid ſi tutor
non tenetur, ſed eſt debitor pupilli,quia male ad‑
miniſtrauit? Gloſſ.dicit idem,quia etiam ab ipſo pupillo non con‑
uenitur.niſi finita tutela,vt l.ij.ſ.de admi.tuto.⁊ l.rationes. Iſtud
quod dicit tutorem durante tutela non conueniri, intelligas non
teneri,ita quod poſſit agi, nam ſtatim obligatio: ſed non ſtatim
actio naſcitur,niſi finita tutela,vt l.ſi tutor Reipublice.§.fin.cum l.
ſeq.ff.de tute.⁊ rati.diſtr.⁊ tangitur per gl.in l.ſi rem.§.omnis.ff.de
pign.actio. Ex quo colligo vnum membrum contra noſtros doct.
in queſtione quam dixi ſ.vt actio.ab here.⁊ contra here.l.j.ſcilicet
quod ex obligatione in diem certam, quando dies adijcitur a l.nõ
naſcitur ſtatim actio,vt dixi modo in tutore. Nam obligatio eius
eſt in diem certam,ſcilicet,pubertatis,licet ante poſſit finiri.Ratio
a huius eſt[a], † quia lex poteſt impedire ortum actionis per appoſi‑
2 tionem diei,nõ autem homo,vt l.nemo poteſt.ff.de leg.j.⁊ de actio.
⁊ oblig.l.obligationum fere.§.placet.

ADDITIO.

a ¶ Ratio huius eſt. Adde eundem Bart.in l.ita ſtipulatus.in j.q.
ij.q.principalis.ff.de verb.oblig.

LEX II.

a **SI in cauſa.** [a] Si alia non reperiuntur, vl‑
timo loco fit executio in nomi
nibus debitorum.h.d. ¶ Quero,vtrum hoc ſit verum,
ſiue debitor cõfiteatur.ſiue neget debitũ. ¶ Pla.diſtin‑
guit,aut negat malitioſe aut nõ.Gloſſatores noſtri indiſtincte di‑
cunt contra debitorẽ negantẽ non poſſe fieri executionẽ,vt ff.de re
iu.l.a diuo Pio.§.ſic quoqz.ver.ſed vtrũ,ſed eo caſu quo malitioſe
negat,dabitur curator bonis, qui ordinarie conueniat debitorem.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si in cauſa. Dixi in l.pro officio.j.de adminiſt.tuto.⁊
Bald.hic.

ALIA LECTVRA.

1 ☞ Debitor ex cauſa, que paratam executionem habet, ſi negat
ſe debitorem,fiet tamen executio.
2 Ad nomina debitorũ quando perueniatur, etiã non lata ſentẽtia.
3 Executio contra nomina debitorum quomodo fiet.
4 Pignora quomodo capientur.

SI in cauſa. Ubi alie res non reperiuntur,
fit executio cõtra nomina de‑
bitorum.h.d. ¶ Not.vltimo deueniri ad nomina debi‑
torum,vt l.a diuo Pio.§.in ven.ff.de re iud. ¶ Opp.de
l.a diuo Pio.§.ſed vtrũ.ff.de re iud.gl.dicit,intelligo hanc ſecundã
diſtinctionẽ illius §.quod hec lex habet locum in debitore confi‑
a tente.⁊ hoc verum, nam ſi neget malitioſe [a] per mendacium, tunc
non poteſt fieri executio, ſed Plac.dixit contrarium, ⁊ male. Sed
que eſt ratio huius? Rñ.in executione adhibetur ſummaria cogni
tio.d.l.a diuo.§.ſi ſuper reb.ſed in exigẽdo a debitore negãte exigi‑
tur plena cauſe cognitio,quia debet dari libellus, ⁊ ſimilia,vt ſ.de
actio.⁊ obl.l.negãtes.merito nõ poteſt fieri executio.Sed qualiter
conſuletur actori? Dicit gl.dabitur curator bonis,qui porriget li‑
1 bellũ,⁊ litẽ proſequetur.Ex predictis collige, † quod ſi debitor ne‑
gans ſe eſſe debitorẽ, eſſet debitor ex tali cauſa que habet paratã
executionẽ,quod tunc poſſet fieri executio contra eum,quia ceſſat
ratio predicta.Preterea ad quid expectam⁹ caſum,cuius nil ope‑
ratur euentus,imo qui iam euenit,nam ſi negat condemnaretur,⁊
poſtea fiet executio,ſed ſi reperiatur in eo ſtatu,quod eſt condem‑
nandus,vel pro cõdemnato habendus,quid impedit quin contra
2 eum fiat executio,nõ video. ¶ Op. † dicitur hic,ſi in cauſa iudica‑
ti,contra imo,⁊ ſi non eſt lata ſentẽtia,poteſt perueniri ad nomina
debitorum, vt ff.de pig.act.l.ſi conuenerit,⁊ j.que res pig.ob.po.l.
nomẽ.Sol. Ibi ſi vult agere hypothecaria propter nomina debi‑
torũ,ſeu vtili,poteſt,ſed ſi non habet nomina obligata,tunc ſecus,
3 fallit in fiſco,vt j.l.prox.⁊ ſeq. ¶ † Quero,qualiter fiet hec executio
contra nomina debitorũ. Tex.hic videtur velle quod authoritate
iudicis debitores ſoluere cõpellãtur,ſed dubito,cum de iure com‑
muni res prius debeat capi pignori, ⁊ poſt aliquod tẽpus diſtra‑
4 hi, vt l.debitorib.de re iudi. ¶ Quero † quomodo capientur [b] pi‑
b gnora. Certe iſtã practicã tangit gl.melius quam alibi.j.de preto.
pig.l.j.⁊ in d.l.a diuo Pio.§.ſic quoqz.Sed predictis videtur con‑
trariari,nam non debent capi ipſa nomina pignori.ſed pecunia,vt
d.l.a diuo Pio.§.ſed ⁊ ſi pecuniã.⁊ §.ſeq.⁊ l.cõmodis.ff.de re iudi.
Rñ.ſi quidẽ debitor habebat pecuniã ſolutioni paratam,ipſa pe‑
cunia capietur, nõ nomina,vt d.l.cõmodis.§.ſed.⁊ ſi pecuniã.licet
gl.in d.§.intelligat aliter.ſed deſtruit text.Sed quãdo nõ eſt para‑
ta ſolutioni tunc ipſum nomẽ capietur,vt hic.Et aduerte ꝙ quan‑
do pecunia capitur,eſt neceſſe quod debitor cõfiteatur,ſicut quan
do capitur ipſum nomen,vt d.§.ſed. ⁊ ſi pecuniã.in eo quod dicit,
eque,quaſi dicat eodem modo,quo quãdo ipſum nomen capitur.
Habes ergo quomodo ipſum nomen capitur in cauſa iudicati.

ADDITIONES.

a ¶ Nam ſi neget malitioſe. Adde Spec.in tit.de primo.⁊ ſecundo
dec.§.reſtat.ver.quid ergo.⁊ aliquid per Bald.in l.etiam.j.de exe.
rei iud.de quo vide late per Alex.in d.l.a diuo Pio.§.ſic quoque.
ff.de re iud.vbi ponit alias limitationes.
b ¶ Quomodo capientur. Pro hac practica adde eundem Bar.in
l.fin.in princ.de dona.

LEX III.

SI debitum. Debitor debitoris fiſci cogitur
ſoluere fiſco,hoc dicit.Hoc ſit in
priuato demum condemnato debitore principali, in fiſco
etiam eo non cõdemnato per condictionem ex l.j.de cond.ex lege.
a Hic non ſunt alia [a].

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Sunt alia. Uide Bartol.in l.iij.§.multa.ff.de iur.fiſci.
adde in l.j.C.de conue.fiſ.debit.lib.xj.ſecundum.ij.⁊ iij.lect.vbi dici‑
tur quod fiſcus poteſt conuenire debitorem debitoris ſui, excuſſo
tamẽ prius ſuo debitore principali.Facit l.Moſchis.ff.de iu.fiſci.

LEX IIII.

NOn prius. Ad debitorem debitoris non per‑
uenitur niſi debitore primo diſcuſ‑
ſo,hoc dicit.

LEX V.

1 ☞ Dominium ſicut in corporalibus non transfertur, niſi tradi‑
tione ſecuta, ita in incorporalibus ex ſolo contractu non transfer‑
tur actio directa.⁊ num.4.
2 Actio vtilis regulariter non transfertur,niſi cedatur.⁊ num.5.
6 Actio directa non competit,niſi ſit ceſſa,vel mandata.

INſolutum. Ex datione inſolutũ tranſeunt
vtiles ſine ceſſione directe vero
non poſſunt exerceri niſi mãdentur.h.d. ¶ De hac ma‑
teria dixi vobis in l.j.ſ.de actio.⁊ oblig. Unum tamen
a not.[a] quod ponit iſta glo.quod ſicut in corporalibus † non tranſ‑
1 fertur dominiũ niſi ſecuta traditione,ita in incorporalibus ex ſolo
contractu non transfertur actio directa niſi mandetur,vt hic.neqz
2 † vtilis regulariter,niſi cedatur,vt d.l.j.ſ.de actio.⁊ obli.vide iſtam
equiparationem que eſt bona ad multa argumenta,⁊c.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Not. Adde not.in l.fin.in princ.ff.de dona.⁊ Barto.in
l.j.ſ.de actio.⁊ oblig.

ALIA LECTVRA.

INſolutum. Nomine dato inſolutum, non
competit exercitiũ directe, niſi
mandetur.ſed competit vtilis.h.d. Uel ſic. Ex datione
inſolutum tranſeunt vtiles ſine ceſſione directe vero nõ
poſſunt exerceri niſi mandentur. De hac materia dixi vobis in l.j.
3 ſ.de act.⁊ obl. ¶ No.quod † quando formatur libellus in actione
directa competenti cedenti formatur procuratorio nomine ceden
tis, vt hic, ⁊ l.plane.famil.erciſc.ſed quando formatur in vtili, for‑
matur nomine eius, cui eſt facta ceſſio, vt hic ⁊ ſ.de proc.l.qui ſti‑
4 pendia.⁊ quod ibi videbitis. ¶ Item not.vnum † quod poſuit iſta
gl.ſicut in corporalibus,non transfertur dominium niſi traditione
ſecuta, ita in incorporalib.ex ſolo contractu non transfertur actio
directa niſi mãdetur, ⁊ vtilis niſi cedatur,vt in d.l.j.ſ.de act.⁊ obli.
5 ¶ † Quero vtram hec vtilis competat ſine ceſſione? Reſpond.ſic
in caſu iſto,vt not.in l.j.ſ.de act.⁊ obli.⁊ ibi plene dixi. ¶ Sed tunc
opp.facta ceſſione videntur mandate actiones directe, vt l.ij.ſ.de
act.⁊ obli.⁊ ibi no.ſed hic eſt facta ceſſio ſaltem a lege ergo,⁊c. Re‑
ſpõdeo aliud eſt ceſſionem fieri ab homine,aliud a lege, quia iſtud
quod fit a lege,limitatur,vt ſola vtilis cõpetat,ſed homo cedendo
transfert quicquid poteſt,poteſt autem transferre mãdatum dire‑
ctarum,ergo,⁊c. ¶ Ultimo not.quandam gl.que eſt hic.que dicit,
6 id † quod operatur traditio, ⁊c. quod intellige quantum ad exer‑
citium directarũ indiſtincte, quia nullo caſu competit, niſi actio‑
nes ſint ceſſe vel mandate, ſed quo ad vtiles in aliquibus caſibus
non eſt neceſſaria ceſſio,vt ſ.de actionibus ⁊ obligationibus.l.j.